tur. i. i toto orbe credat. **Ad** exaltatur in se cū sit magnitudinis īfinite s̄ i creaturis ipsum credētib⁹ et laudātib⁹. et additur. Deus salutis mee. **Aug.** Hoc nō terrena cōsuetudinē de deo salutis mee sentiā. ut terrenā ipaz salutē s̄ in excelsis de ipso sperem. **Cass.** De⁹ qui das uindictas mihi. in isto mūdo. p̄conaliter uindicatur eccia. quādo blasphemi et infideles q̄ ante contumaces extiterūt fiāt illi p̄ficua deuotiōe subiecti. **Hier.** De dñe etiā deus eccie p̄atē ligādi solūē dī et disciplinam faciēdi. Unde seq̄. Et subdis populos sub me liberator meus de inimicis meis iracundis. **Aug.** i. tyrānis q̄ fuerūt i p̄mitina ecclesia. **Uel** a demonibus q̄ irascunt⁹ qui a fragilib⁹ hoīb⁹ superant⁹. et per hoc maior ē triūph⁹ hoīs uincētis. **Et** ab insurgētib⁹ i me. **Hoc** ē a persecutorib⁹ qui insurgūt s̄ me. Exaltabis me. i. q̄ ut dicit grego. ubi maius piculum ē i p̄lio. ubi maior gloria in triūpho. **Hier.** Laxo inuā eripies me. hoc est a diabolo de quo dictum est. Inimicus homo hoc fecit. **Cass.** Propterea. i. pp̄t illas causas p̄dictas. Confitebor tibi in nationibus dñe. i. laudabo te per populos ch̄ianos q̄ utiq̄ lingua eccie uox ē. Let hominū tuo psalmū dicā. ut lati⁹ inotescēs bonis opib⁹ meis. **Psalm⁹** sicut dictū ē. opus actuale significat. **Unde** opera fidelū deo dicūt grās offerendas. que plus diuinitas noscitur exaudire q̄ uoces. **Sequitur** uox p̄phete ad p̄ez. **Magnificās salutes regis eius.** **Aug.** Hic est deus pater qui magnificat me ut admirabiles faciat salutes quas eius filius dat credētib⁹. **Hier.** Qui anīas attrahit p̄ p̄dicationē ut sit sal⁹ credētiū q̄ credūt i salutē regis ipi⁹ ch̄i. Et ipe de⁹ p̄ ē. **Facies.** i. facit mīam ch̄o

Psalmus .xviii.

suo dauid .i. deo nostro qui ē dauid
id ē manu fortis: q̄ vicit mūdū. cū q̄
deus pater fecit mīaz q̄n post tridui
fecit ipm a mortuis resurgē. **L. 7 semī**
cūs .i. chīanīs credētib⁹ q̄s p euā^m
genuit Et iaz fecit mīam **vsq; in se**
culū .i. in eternū sine fine **Ipe** fortis
simus liberator nos ab hoc mūdo di
gnet̄ eruere et ī fide stabilire per euā
gelīū suū. cū cū etno pīe 7 spūscō ē
glīa et impiū p īmortalia se. se. **Amē**

Celi enarrant

Titul⁹ hui⁹ ps talis ē **In**
finē ps dauid. **Nic.** **Be**
atus paulus apostol⁹ in lege 7 p̄phe
tis per eruditionē hūanā 7 diuinam
edoc̄t allegat litterā huius ps dictaz
de publicatiōe euangelij p apostolos
et discipulos chīstī ad roma. x. cōclu
dens sic **Ergo fides per auditū. au**
ditus aut p verbū chīstī **Sed quid**
dico **Nūquid nō audierūt** quasi di
cat. sic. quod probat per litterā hui⁹
ps dicēs. **Et quidē** **In oēs terrā** ex
iit sonus eoz et in fines orbis terre
verba eoz **Et in fine ps dicitur** **Ad**
intor meus et redēptor me: quod ab
solute de chīsto itelligit p quē facta
est generalis redēptio totius mundi
Glo. agit ergo iste ps de p̄mo ad
uētū chīstī p quē tyrānus diabolus
cadit. 7 hō a peccato et a morte absol
uitur **Cuius tituli sens⁹ talis ē.** ps iste
attribuit dō respiciēti in finē .i. ī chī
stū. vel in finē .i. ī tps plēitudis quod
fuit tps īcarnatiōis chīstī. de q̄ loq̄t
apost. ad galat. iij. **At vbi venit** ple
nitudo tps. misit de⁹ filiū suū. p̄p̄a
igit̄ p̄mo describit euāgelij publicati

ōnē dicēs

Celi **Nic.** id ē aplī sic dicti q̄
fuerūt excellēter illūinati et in deum
elevati **Tali mō loquēdi v̄p̄ ē** **Isaias**
.i. **Audite celi. 7 auribus p̄cipe terra.**

Nō ei alloquebatur corpa celestia et
terrā que elementū ē. q̄ nō habēt sen
sum vel intellectū. sed sub noīe celoz
alloquebatur maiores. et sub hoc no
mie tre: mīores. **Et sic i** **ap̄posito apo**
stoli noīant celi **Enarrant gloriā dei**
Iquā chīst⁹ habuit ī miraculis. et glo
riā sue resurrectiōis 7 ascēsiōis **Hec**
narrauerūt apostoli **7 bo** sue predica
tionis **Et opa manū ei⁹** **.i. fca** **7 tu**
tū dñi videlz natiuitatē. passiōē. mor
tem 7 **Annūciat firmamētū** **Per fir**
mamētū ī q̄ sūt stelle fixe intelligitur
eccīa quātū ad doctores sanctos. vñ
dicat **Danie. xij.** **Qui at docti fuerint**
fulgebūt quasi splēdor firmamenti. 7
qui ad iusticiā erudiūt multos. quasi
stelle ī perpetuas eternitates **O** **ies**
dici eructat **7 bñ** **Per diē intelligit**
noūū testamētū ab apostolis et euan
gelistis descriptū. **Dies g. i. noūū testā**
mētū **Eructat .i. annūciat dici. i. popu**
lo chīano **7 bñ** **īcarnatū. i. chīm**
et nox .i. vetus testamētū **Nocti .i.**
populo iudeozū qui ambulat in tene
briis **Indicat scīaz** **De chīstī incarna**
tiōe. sic p̄z **Isa. ix.** **Paruul⁹ nat⁹ ē no**
bis. 7 fili⁹ dat⁹ ē nobis. 7 vocabit̄ nomē
ei⁹ **amirabilis: dō. p̄siliari⁹ fortis. ī q̄**
ostēdit hūanitas chīstī 7 eius diuini
tas **Cast.** **Vel dies dici eructat** **7**
bñ. q̄n dñs loq̄bat̄ aplīs **Ipe ei diuina**
claritate irradiās apostolis: cor dīb⁹
purissimis **7 ba celestis lūis itimabat**
Eructabat ei 7 bñ. cū de unis penetra
bilib⁹ sermōēs in sctoz noticiā pdu
cebat **Nox at nocti indicat scīam. q̄n**
Judas chīstū iudeis pdidit ac tra
didit occidēdū dicēs **Quē osculatus**
fuiro ipe ē tenete eū **Judicare ei per**
tinet ad proditiōē **Idē Hieronym⁹**
Nic **Nō sūt loq̄le neq; sermones**
quoz non audiat voces eoz. **q̄ apo**
stoli predicabāt liguis oīm gētū euā
gelīū chīi. vt habet actū. ij. **In oēs**

terrā exiuit sonus eoz. et in fines orb
terre verba eoz. **I.** p. dicationes eoz. q.
vinēte bō petro apostolo fides chri
p. dicata ē vsq. i frātia q. ē in vltio cli
mate versus occidētez. vñ et zenōis
fūdata ē ecclia in noīe beati petri vini.
q. ipovinēte p. secrata ē. **E**ū igit apo
stoli alij q. chri discipuli exierunt de
Hierusalē ad publicādū euāgelij p.
orbē fū q. habet actu. i. **E**ritis mihi
testes in hierusalē et in oī iudea et sa
maria et vsq. ad vltimū terre. **H**ieru
salē at sita ē i medio climate **E**t ideo
sicut euāgelij publicatū ē vinēte pe
tro vsq. ad vltimū clima xpi occiden
tē. Ita intelligēdū ē xpus alias pres
mūdi. **D**eīn ab apostolis transit ad p.
sonā dñi. oñdēs quā dei gloriā isti ce
li enarrauerunt. s. dispēationē incar
nationis sue vnde dicit. **I**n sole posu
it tabernaculū suū. **L.** i. beata xgie q.
nominat sol propter plēitudinē grē
Hier. **C**hris. dicit sol iusticie. ma
ria int. p. at stella maris. **I**lluminauit
sol stellā. i. mariā vt esset sic sol. **I**do
posuit tabernaculū suū i sole. qñ cor
p. assūpsit de vtero suo. **B**ugo. p. f.
q. i p. sona brē xgis dicit eccle. xxiij.
Qui creauit me requieuit i tabnacul
lo meo. **E**t ipē tāq. spūs suū. **Hic.**
Verbū patris ē spūs sic dicit a spon
dēdo. q. totiens p. missus ē p. p. phas
Et caro hūana spūs a cū qua erat. **L.**
p. cedens de thalamo suo. **I**h. ē de vte
ro xgis. **E**xultauit. **I**q. nō inuit. sed
hilaris venit. **V**t gigas. **I.** i. sicut for
tissimus q. alligauit fortē. i. diabolu. **z**
vasa eius q. nōs sum. diripuit. **L.** ad
currēdā viā. **I**p. tis vite. **Cass.** **Q**uia
nō stetit in via peccator. s. tēq. debel
laturus diabolu cucurrit. **Q**uō hoc?
q. chris. hō nat. est et creuit. docuit.
passus ē. resurrexit. ascēdit ad celos.
sedz ad dexterā dei patres. **C**olleat.
Et nos eius exēplo nō debem. in h

mundo querere quietē. sed currere si
cut peregrini trāscētes vñ hui. vite.
vt ad illā quietē possimus perueni
re vbi chris. sedz ad dexterā dei pa
tris. **V**is audire quātū currit. **Hic.**
L. a summo celo egressio eius. **L.** ad susce
ptionē hūanitatē in qua visitauit nos
orēs et alto. **E**t occur. eius vsq.
ad sumū ei. **I** si sua benedicta ascēsiōe
in qua ascēdit sedēs ad dexteram dei
patris. **E**lel. **Cass.** a summo celo. i. a
patre egressio ei. natitas filiū signat
nō tpalis sed coeterna patri. que ē aī
oē p. cipit. et occurus eius vsq. ad
sumū ei. q. post assūptionē carnis
i vtraq. natura chris. p. manēs. ad se
dē patne maiestatis ē regress. **Nā** cū
venit a summo. i. nullo mior patre fu
it. cū rediit ad sumū de. hō equalis pa
tri i dinitatis sōna sic venerat pseue
rat. cui nihil humana detraxit humili
tas. **I**de. **Hieronym.** et **August.** **Nec**
ē qui se abscondat a calore ei. **Cass.**
i. a spūsco quē post ascēsiōē suā in
specie ignis misit i mūdū apostolis a
q. nō abscondit. **Bug.** q. sic accensi
fuerunt vt nemini p. cerent. vñ de ipo
spūs sancto dicit. **Iob. xvi.** **Cū** venerit
ille spūs veritatis arguet mūdum de
peccato qd fecit. de iusticia quā nō fe
cit. et de iudicio qd nō timuit. **Cass.**
Ipē ei calor ē a q. nemo p. t. abscondi.
qui diuinitatis sue potētia vniuscui
usq. corda cognoscit. **Hic.** **D**eide
describit euāgelij publicati p. ditio cū
dicit. **L.** ex dñi. i. s. euāgelica quā ipē
dñs p. dicauit i mōte di. **M**ath. v. bea
ti paupes. zc. z hec dicit. **L.** immaculata
Iq. suos obseruatores custodit ima
culatos a peccato. vñ dñs dicit apo
stolis. **I**o. xv. **I**ā vos mūdi estis. p. f.
sermonē quē locutus sū vob. z addit
L. ouertens aīas. **Cass.** **I**n sua di
strictiōe corrigēs. z ad chris. gratiaz
mittēs. **Hic.** **T**estimoniū dñi. **I** id est

Psalmus .xviij.

euangelium L fidele. I p adimplet qd
pmitit inducēs suos obseruatores
ad vitā beatā L sapientiā pītās puulis
I. i. apostolis alijs qz chri discipulis
qz erāt simplices et hūiles fm qz dicit
saluato. Mat. xi. Cōfitebor tibi pater
domie celi et tēre qz abscondisti hec a
sapientibus et prudētibus et reuela
sti ea paruulis. Cass. Iusticie dñi
recte. I qz sicut chris docuit sic fecit
Nā illoz iusticia recta non ē. quibus
aliis ē i ore: aliud ē i ope Letificātes
corda Ispe pñij Aug. vt qui mirarē
tur iusticias dñi corde: gauderent in
eis qz libere cū dilectiōe eas facerēt. nō
seruilitate cū timore Hi. Inceptum
dñi. i. nouū testamentū L lucidū. I qz
clare et lucide traditū ē euāgelij i qz
vitas reuelata ē L illuminans oculos
I. videlz interior. hoīs. i. cordis. Peli
cordis sunt intēctio et lux fidei. Euā
gelij ei docet intēctionem cordis esse
simplicē et fidē nō esse fictā in oibus
opibz qz seru? dei operat Timor dñi
I Aug. Est enī timor naturalis qz
timet passiōē corpis quo chrs cepit
i passiōe pauere et sedere vt habetur
Marci. xiiij. Est et timor humanus qz
qz eligit peccare ne ledat i corpe Est
et mūdānus: iste eligit peccare ne le
dat i passiōe Et ē timor seruilis quo
timet pena gehēne et nō amat iusticia
Est ei timor initialis. hic amat princi
paliter iusticiā et sedario timet penā
iste opat bonū pīm amore iusticie. et
pīm timore gehēne: Est et timor fi
lialis. quo quis cauet offēdere deū:
ne pdat eū. mixta enī cum pauore dile
ctio: timor dñi ē. de qz h habet: Letior
dñi sātus pmanēs i seculum seculi
Islo. qz fructus eius pcepitur in et
na beatitudine L iudicia dñi vera. Iquia
siue dñs minat. siue pollicet neminez
fallit L iustificata in semetipsa. I qz non
egēt alterius auctoritate qz ipi dñi vt

firma habeāt Aug. El qz quisqz
non pōt eripere supplicium quod dat
impijs. et pñij quod dat pijs Oeli
derabilia. Cass. Oingētū rerum
stupēda pfūditas. Quis at sufficiēter
distiguē aut pdicare potuissz opa dñi
nisi spūscō probarent edita? Desider
abilia sūt iudicia dei. i. mādāta nomī
et veteris testamēti L sup aux. I Aug.
i. super oēs diuitias seclares L et lapi
dē preciosum multū. i. super munda
nos honores Cass. Sed qm iueni
ri poterant continentes qui noxiā
cupiditatē laudabili pēitate calcarēt.
addit etiāz saporē pēcipua suauitate
iocūdos dicēs L et dulciora. Deuotis
mentibz L super mel et fauē. I Aug.
i. super omnē dulcedinē tpalis volu
ptatis. que tamē nequissimis mentibz
amara sūt. qz oculis egris odiosa lux
est. que puris est amabilis Ergo diui
tijs honoribus et delicijs terrenis pō
feruntur iudicia diuina et mādāta. qm
custodia eoz ad gloriā perducit eter
nā Etenī I qz vere sunt dulcia L seru?
tuus. I Hic i. bonus christianus et
deuotus maxie in statu pfectiōis pō
situs. qui nō solum tenet ad precepta
sed etiā ad consilia euāgelica L custor
dit. i. custodiet L ea. I ope adimplēdo
Cass. Non ad tempus. sed vsqz ad
vltimū vite spaciū in tali deuotiōe
versetur Post obedientiam sequun
tur pēmia Unde subditur L in custo
diēdis illis retributio multa. I tāta ei
diuina elemētie dona sunt qz nequunt
comprehendi Sic enī apostolus ait.
Quod nec oculus vidit nec auris au
diuit nec in cor homīs ascendit qz pre
parauit deus diligentibus se. Deide
apheta petit se a vitijs purgari vt di
gne possit dñm laudare dicens O eli
cta qz intelligit Multa enī sunt pec
cata que intelligim? que videlz secre
ta voluntate peccamus. cū rem pñij

cōcupiscimus: cū ceteris pstantiores
effici volumus: cū cibos appetim⁹ dul
ciores: et his similia de quibus mone
mur a salomone. Non eas post cōcu
piscētiā tuas. Aliqua sunt tamē que
omnimode ignoramus. q̄ nec orige
nes possumus nec surreptitōes agnos
cere. Unde subaudiendū est delicta.
videlz omnia quis intelligit. Hier. q̄
dicat null⁹ nisi scrutator cordiū deus:
q̄ potens ē ea dimittere. Unde con
sequēter orat dicens. **Aug.** **Ab**
occultis meis. i. a cupiditatib⁹ in me
latentibus. **Aug.** vel a peccatis ob
litis et ignoratis. **Aug.** munda me dñe. In
de dicit **August.** **P**⁹ dñs. pie penitē
tibus aut peccata dimittit aut oblita
ad memoriā reducit. **Let** ab alienis. Iq̄
suggerit de diaboli vel hoīs sūt. Que
dicunt aliena. q̄ pmo sūt illi⁹ qui sug
gerit. secūdo efficiūt illi⁹ qui suggesti
oni consentit. **I**dez **casio.** Et ab his
peccatis que suggestiōe cōmittunt. **L**
parce seruo tuo. Iu cui ppiū ē sēp
misereri et p̄cere. **Cass.** Cū enim
dicit seruo tuo: iā se ostēdit legi dñice
ex magna pte famulari. Deīn ostēdit
modum liberatiōis et mūdatiōis quā
petit. s. si p̄cēm mortale n̄ dñe ei vñ
sbdit. **Aug.** **S**i mei nō fuerit dñi
ti. hoc ē si mei non fuerit dominata
occulta mea et aliena peccata. **Aug.**
Et tūc immaculatus ero. Iamacula cri
minali. q̄ sicut dicit **August.** **T**enta
tio cui nō consentis non ē peccatum.
sed materia exercende virtutis. **Let**
emundabor a delicto maxio. **Aug.**
Quo alio nisi supbie? Nullū ei ē ma
ius delictū q̄ apostatare a deo p̄ pec
catū quod ē initium supbie homis. q̄
initium omnis peccati est superbia.
Aug. vel si peccata mortalia non fu
erint mihi dominata. **Et** tūc emundabor
a delicto maxio. i. i morte iuētiar
mundus a quolibet peccato mortali.

quod licet nō sit maximū ex genere:
tamen ē maximum ex tēporis cōditi
one. eo q̄ tunc non ē remediabile. q̄
post mortē nō restat amplius tēpus
penitudis. **Aug.** **E**t erit tūc cō
placeat eloquia. Iquasi dicat. si immā
culatus et mūdatus ita fuero. tūc elo
quia **Lous mei.** Ierunt talia vt tibi cō
placeant. et tunc ero dignus tanta sa
cramēta referre et te laudare. sicut il
le ē indign⁹ cui dicit. **Quare** tu enar
ras iusticias meas. **Aug.** **L**z medita
tio cordis mei. Ierit non ad iactātiā
placeat hominibus. **Sed** in cōspectu
tuo semper. Iqui conscientiā purā in
spicis. **Hier.** **D**omine adiutor me
us. In tribulatione et necessitatibus
Lz redēptor meus. **I**precio sanguinis
tui. **Cass.** Quā mirabili ordine to
tum psalmum gloriosissimus ppheta
cantauit: laudauit domi p̄dicatores.
Ipse quoq̄ aduentum incarnatiōis
sanctissime edocuit. magnalia eius va
ria diffinitionis qualitate commēdās.
reuer⁹ q̄ in memoriā fragilitatis sue
a delictis se petijt debere mūdari: vt
tantorū sacramentorū relator dignus
existeret: qui docuit scripturas domi
ni purissima p̄scia narrari. **Collec.**
Tuā igit clementiam dñe humiliter
exoramus. vt a delictis tam occultis
q̄ alienis nos mūdare digneris. quā
tenus cordis nostri meditatio semp
in cōspectu tuo placeat. **Nos** q̄ tuo
adiutorio in bonis p̄ficiētes. valeam⁹
ad eterne beatitudinis p̄mia puenire. p
te dñe iesu chris̄te redēptor mundi. q̄
es benedict⁹ i secula seculorū. **Amē.**

Eraudiat te do
minus. **T**itulus talis est. In
finē psalmus dauid. **Qui** tituli h̄ba
nota sūt ex p̄missis. **Glo.** **D**ic agit
ppheta de chris̄to quasi de sacerdote
imolaturō et rege pugnaturō. vbi in
c. iij

Psalmus .xix.

figura optatis canit propheta q̄ ven-
tura sunt christo tpe afflictiois eius.
quod fuit vsq; ad passionē et tpe gau-
dij qd fuit p̄ resurrectionē **Aug.**

Intentiōe monet fideles ad cōpatie-
dum christo patienti et congaudēdū
resurgenti. ppheta igitur optas chri-
sti vocē tāquam sacerdotis exaudiri

Ass. Precat sancte eccēie p̄spera
euenire. q̄ illi p̄ aduētū dñi certissime
nouerat esse v̄tura vnde dicit **Aug.**

Exaudiat te **Jo** christe **L.** dominus
Ispater **L.** in die tribulationis **L.**

i. in tpe passionis. Tota ei christi vi-
ta tribulatio fuit. Unde apostolus ad
hebr̄eos. v. de christo dicit. Qui in die
bus carnis sue i. mortalitatis sue pre-
ces supplicatiōes q̄ ad eū qui posset
illū saluū facē a morte cū clamore va-
lido et lachrymis offerēs. exauditus
ē pro sua reuerentia. i. sicut sua deno-
tio meruit p̄lixius oib; orādo. Ecce
qd hic ppheta optabat et predicebat
faciēdū. apostolus testatur factū. Et
bene dicit. in die tribulatiōis. q̄ i pas-
sione christi vere fuit dies credētib;.
qm̄ tūc luxit dies iusticie super terrā
quādo domin; mortē subiit i cruce p̄
peccatis nostris. et o christe **L.** p̄tegar
te nomen dei Jacob. **E**xaudiat te de;
pater vt te resurgere faciat. p̄tegar te
immortalitate. nomē dei Jacob. i. qui
ēs deus minoris populi videlz gēti-
lis conuersi ad fidē qui electus est vt
Jacob. reprobatis iudeis vt esau

Ass. optat ergo populus grāz be-
nedictionis sue quā Jacob in p̄figu-
ratiōe percepit nouo populo christia-
no p̄cedēdā. a iudeis quidē reproba-
tis ablatā. quos subsequēs populus
gentilis deuota mētis religiōe supe-
ranit. vt gratie munere prim; donāte
domino redderetur. **M**ittat tibi au-
xilium de sancto. **Aug.** faciens ti-
bi sanctificatū corp; ecclesiā **Aug.**

Quod ē tuū auxiliū o christe qui idō
passus es vt tu eā sanctificares: sicut
dicit apostol; ad eph̄. v. Christus di-
lexit ecciam. et tradidit semet ipsū p̄
ea vt eam sanctificaret. hoc factū est.
qm̄ apostolis et credentibus missus ē
spūs sanctus. sicut actū. ij. legitur. **L.** de
sion tucatur te. **S**ion speculatio int̄-
ptatur. De sion ergo tucē dō christū.
cum ecciaz q̄ est corpus eius de alta
dimitatis speculatiōe tutaz facit. **M**e-
mor sit oīs sacrificij tui. **Aug.** Hoc
ē memores nos faciat deus omnium
iniuriar; et contumeliar; quas p̄ nob;
ptulisti. **Aug.** et dicit omnis: q̄ plu-
ra sunt eius sacrificia que pertulit p̄
nobis per totā vitam suā ab infantia
vsq; ad mortem. Unde cum tpe pas-
sionis eius canet eccia dices. **P**age
lingua gloriosi p̄liū certamis et super
erucis trophēū die triumphū nobilē
qualiter redēptor orbis imolat; vi-
cerit. Postmodū sequēs versus inci-
pit enumerare sacrificia christi ab itā-
cia dices. **U**agit infans inter arta po-
licus p̄sepia. **L.** et holocaustū. **Q**uod
dicitur oblatio tota incensa. **L.** tuū. **Q**d
obtulisti deo patri p̄ peccatis nostris.
Hier. Totus in aia et corpe ascen-
dens in crucem. **L.** pingue fiat. **L.** acce-
ptabile sit deo. **E**t ē sensus. ne patia-
ris quēq; perire cū p̄ oibus mortu-
sis. **T**ribuat tibi fm̄ cor tuū. **L.** optat
vt christ; siue p̄ humanitate carnis. si
ue p̄ corpe suo: hoc ē. eccia exaudiat.
L. et oē p̄siliū tuū p̄firmet. **Aug.**
id ē cōpleat. nō solū q̄ aiam posuisti
p̄ amicis tuis vt mortificatū granuz
in cruce copios; resurgeret. sed etiaz
q̄ cecitas ex pte isrl̄ scā ē vt plenu-
do gētinz intraret et sic oīs israel sal-
uus fieret. **Hier.** Sequitur vox ec-
clesie. **L.** et abimur in salutari tuo. **L.**
in te saluato a morte vel in salute per
te facta gentibus. **L.** in nomē dei noi

stri magnificabimur. **Cass.** .i. magni dicemur videlicet christiani a christo Magnificari enim est magnum fieri quippe cum ex vocabulo celestis regis nomen est impositum seruienti. **Aug.** Impleat dominus petitiones tuas. non solum illas quas in terra habuisti. **Hier.** Dicendo. clarifica me pater apud te ipse claritate quas habui postquam mundus fieret Et alibi. Pater serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. **Aug.** Sed etiam impleat omnes petitiones tuas quibus in celo interpellas pro nobis. nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus christum suum. In hoc modo per prophetiam demonstratum est. quoniam resuscitauit dominus Iesum filium suum. **Exaudiet illum de celo sancto suo.** Non de terra tamen ubi se petiit clarificari. vix etiam de celo ubi iaz ad dexteram dei patris sedet interpellas pro nobis. **In potentatibus salus dextere eius.** Quasi dicat. **Aug.** Vere exaudiuit eum petentem pro nobis quod patet: quia potentes sumus auxilio eius. **Aug.** potentatus nostri sunt salus dextere eius. id est fauoris eius. cuius etiam de tribulatione dat auxilium. ut quando infirmamur. tunc potentes sumus. **Cass.** Non dicit hic salus potentatus nostri. quoniam illa salus nec morbis afficitur. nec doloribus laucatur sicut salus hominis. **Aug.** que non dextere sed sinistre eius est. Dic enim ex tollunt in magna superbiam quicunque peccantes temporaliter salui facti sunt. de quibus subdit. **Hi in curribus.** .i. in volubili successione temporalium bonorum trahuntur. **Et hi in equis.** hoc est in superbis preferuntur honoribus atque in his exultant. **Nos autem.** spem figentes in eternis. neque gloriam nostram querentes. **In nomine domini dei nostri inuocabimus.** **Cass.** quia nomen domini ad premia perducit eterna. Deinde ostendit: quod sit vana salus hominum: dicens

Hier. Ipsi obligati sunt. vitiorum suorum funibus. **Et ceciderunt.** nam homines honoribus presumptis. laqueati prauis desideriis suis in mortis foueam corruerunt. **Aug.** Nos autem. qui tot tuos sumus in peccatis. **Surreximus.** Iper gratiam dei ab infidelitate ad fidem. a vitiis ad virtutes. **Et credimus.** Ipse verax humilitate ad diuinam premiam subleuati. Sequitur vox prophete ad patrem. **Domine saluum fac regem.** **Aug.** id est christus dominus resurgat a mortuis. ascendat in celos: interpellat pro nobis. ne diuini vacillet nostra oratio. sed ipso aduocato presumamus orare. qui nos patri docuit supplicare. ne nos mortalis laqueus possit aspergere. Deinde hoc sequitur. **Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.** **Hier.** In hebreo ita scriptum est. Domine saluum fac regem: qui: exaudiet nos. in quacunque die inuocauerimus eum. **Cass.** Docuit nos propheta sanctissimus: quali debeamus christo domino pietate seruire. Optat ille bona que nouerat esse ventura. quia bene credentium mos est illa orare que desideramus euenire. Quia propter affligamur in eius passionem. gaudeamus in eius resurrectionem. Sic enim ipsius possumus dici. si eius dispensationibus mereamur aptari. qui cum eterno patre et spiritu sancto est benedictus in secula seculorum. Amen.

Domine in virtute tua. Titulus talis est. In finem psalmus dauid. Psalmus iste attribuitur dauid consideratione sua dirigenti in finem. id est in christum: qui est finis et completio legis: quoniam non venit legem solvere sed adimplere. **Hi.** psalmus iste exponendus est ad litteram de magnificetia regni christi que persistit in eius exaltatione et aduersariorum suorum depressione.

Psalmus .xx.

David igitur in spiritu sancto prouidens christi hominis regni: ad quod fuit exaltatus in humanitate virtute dei patris secundum quod dicit apostolus ad. ii. Dextera dei exaltat Cass. primo enumerat quod igitur quod gloriosa collata sint christo domino secundum carnem dicens

Dñe. Deus pater. Lin. virtute tua
I. i. in omnipotentia tue maiestatis.
in qua filius regnat: sicut ipse dicit Oia
patri mea sunt et oia mea patri sunt.
Letabitur rex. I. s. christus. de quo in alio ps
dicat Deus iudicium tuum regi da. Nic.
christus ei in quantum homo letabatur
de virtute diuina in qua faciebat miracu
la et merces simplici illustrabat sapi
entia secundum quod dicit luce. x. In ipsa hora
exultant in spiritu sancto et dixit Co
sireor tibi pater domine celi et terre quia
abscondisti hec a sapientibus et prouide
tibus et reuelasti ea paruulis. Let super
salutare tuum. Id est christus per quem dispo
suisti saluare mundum. Exultabit vehem
enter. Cass. Et quanta sit copia
in beneficio: tanta sit et gaudij magni
tudo. Nic. Desiderium cordis eius
tribuisti ei. De sui corporis glorificati
one et mundi redemptione atque de cre
dentium vocatiōe. Cass. Unde ipse di
xit. Desiderio desideravi hoc pascha
manducare vobiscum antequam patiar. ut
preciosus sanguis eius mundum redime
ret. ne diabolus adhuc eum iniqua pre
sumptione vastaret. Et voluntate labi
orum eius non fraudasti eum. Voluntas ho
minum fuit quoniam spiritibus impabat in
mundis: languores diuersos sermonis
sui sanabat imperio: predicationesque
suas deuotis mentibus inserebat. Nic.
Unde ipse dicit Johannis. xi. Pater
gras ago tibi quoniam audisti me. Deinde
incarnationis eius potentiam mirabili
fulgore describit dicens. Du. Om.
Jac si dicat christus rex letabitur. Cass.
prouidisti enim benedictionibus: Ipse immu

nitatem peccati que faciat? et quoniam absque omni peccato conceptus est de spiritu sancto. vñ sic dicit Augustinus. Fel peccatorum nostrorum non nocuit ei. et addit. Dulcedis
Ipse totum fuit ex gratia. Idez Hierony.
Mi. Vel prouidisti eum in benedictione
omnibus dulcedis. i. in donis spiritus sancti et
charismatibus quibus anima christi fuit
repleta ab instanti creationis sue. et sic
puenta. Cass. Posuisti in capite eius
hoc est in principio sermonis eius. Lcoro
na. Ipse conuentus. xij. apostolorum totum co
rona ambiebat christum docentem. Et
addit. De lapide precioso. Collecta
Apostoli enim et fideles de quibus totum
de vniuersis lapidibus edificata est ecclesia: di
cuntur vnus lapis. quoniam ipsis erat cor vnum
et anima vna. Cass. Vitam petiisti a
te. videlicet resurrectionem corporis sui
Let tribuisti ei longitudinem dierum in
seculum et in seculum seculi. I. dedisti ei peni
ter vivere. Nic. secundum quod dicit apostolus.
ad romanos. vi. Christus resurgens ex
mortuis iam non moritur: mors illi ultra
non dominabitur. Magna est gloria eius
I. i. christi. in saluti tuo. Aug.
Hoc est in salute: quia cum resuscitasti
gloriam et magnam decorem impones
super eum. I. i. addes ei: cum in celo collo
cabis eum ad dexteram tuam. Hiero. Ma
gnus est homines assumptus esse ad dexteram
dei patris. Deinde ascendit adhuc gra
datum ad illam gloriam declarandam quaz
christus dominus secundum carnem a patre clarifi
catus accepit. vnde subdit Hiero
om dabis eum in benedictione in se
culum seculi. Ipse omnis creatura benedicat
eum. Vel christus rex letabitur. quoniam
dabis eum in benedictione et in seculum
seculi. ut ipse sit in eterna benedictione
benedictus et benedicens. quoniam per eum omnes
benedicunt. sicut promissit deus Abrahe
Gen. xxij. In semine tuo hoc est in
christo: benedicent omnes gentes. Hier.
benificabis eum in gaudio. I. cum adunata

fuerit illa multitudo sanctorum et numerus relictus ei. Et pro adquisitis pro quibus passus est gaudebit. Cum vultu tuo .i. i. pntia tua Aug. Et letificabis eum secundum hominem quem leuauit ad te. ut sit in gaudio cum vultu tuo. Nic. quod quanto humanitas christi pre ceteris creaturis propinquior et communior est deitati: tanto clarius videt eam et ea fruitur delectabilius. Deum redit causam quare tantum munus accepit dicens. Quoniam rex Iustus non superbiens de regali dignitate sed humilis. Sperat in domino quod christus ante passionem sperauit obtinere a deo patre gloriam resurrectionis corporis sui. Et in misericordia altissimi sperans. Non commouebit quod humanitas christi a verbo misericordie assumpta nunquam fuit ab eo separata nec sepabitur. quod etiam in illo triduo dormitionis corpus exiens in sepulcro fuit unitum verbo. et similiter anima que erat in limbo. Deinde descripta magnificencia regni christi in eius exaltatione: hic praeter describitur eiusdem magnificencia in aduersariis punitione. Et propheta qui ante loquebatur ad patrem: nunc conuertit sermonem ad christum: dicens. Inueniat manus tua Aliquam manus dei respicit malum penam: quod a deo infligit iuste. unde ad hebreos. x. dicis Dominum est incidere in manus dei uiuentis. et tunc per sinistram intelligitur minor punitione. et per dexteram que fortius percutit grauior punitione. Et secundum hunc dicitur inueniat o rex christe cum ad iudicium ueneris manus tua .i. vltima per teas tua punies peccata. Lois inimicis tuis. Quatuor ad penam penam Dextera tua grauius punies ex specialem causam inueniat omnes que te oderunt. Quasi dicat Aug. sentiet te per vindictam: que te bene sentire noluerunt per fidem operantem. Deum ordo iudicii pulcherrima ratione describitur: cum subiungit. Pones eos ut clibanum ignis. Gre. xv. li. mox Sci est dum homo quod omnes reprobi qui hic in anima sunt

et corpore peccauerunt: illic per in anima et corpore cruciantur. Clibanus namque intersecus ardet. Is homo qui ab igne deuoratur: ab exteriori parte incidit peremari. ut per sacra eloquia ardere exterior et interior reprobos demonstraret et eos ab igne deuorari. Et sancti clibanum poni testantur. ut per ignem crucientur in corpore per dolor: et ardeant in mente. Hic est in perscia impietatis sue Li tpe vultu tui. Hic est in tpe iudicii Domini in ira sua. In vindicta sua Con turbabit eos. Ipse per eos per omnes nationes. Et deuorabit eos ignis. Li gehene. Non presumendo: sed eternaliter affligendo. Coll. Deum quod seueram correctionem: ubi nulla erit consolatio. quod tremenda ira que tunc est sine misericordia. Dies illa dies ire et omnium miseria in quod peccatores eternaliter igni gehene tradentur. Coll. Qui sic presumit ut seruet. sic seruat ut crucietur. dabit quod miseris vita mortalium per se seruatrix. Fructum corporis de terra perdes. Li fructum eternalis beatitudinis. quem in fratribus nostris habere debuerant. quod non obedierunt mandatis eius: iuste perdidit. Et seminem corporis. Li opera peccatorum que habent perueniendo sciauerunt segregabunt. La filijs hominum. Li a sciis quod in hereditate eterna tue misericordie largitate misuratus es. Nic. Deum ponit causam finalis punitionis reproborum que est impietas finalis que notatur cum dicitur. Omni declinauerunt in te. Li de te. Li mala. Li peccata que sunt per deum. Et bene dicitur: declinauerunt. quod sic declinatio in gramatica est de causa in casum. sic declinatio a iusticia: est cadendo de peccato in peccatum. quod secundum quod dicitur. Gre. peccata quod per penam non diluit. mor suo potest ad aliud trahit. et tandem ad profundum precepti et obstinationis adducit. secundum quod dicitur per. xviij. Impius cum in profundum peccatorum uenerit preuenit. Li cogitauerunt per filia que non potuerunt stabilire. Ipse repetit tollunt de facultate temporalis in que cogitabant permanere. Omni perdes eos dorsum. La facie tua eos deiciendo in infernum. secundum quod dicitur. Mathei.

Psalmus xxj.

xxv. Discedite a me maledicti i igne eternu Lin reliquijs tuis .i. demonibus qui a te totaliter sunt relictī tāq̃ irreuerſibiles ad bonum pparabis vultū eorū .i. preſentiā dānatoꝝ. mit tēdo eos ad ſocietate demonū. vnde cū dixiſſ. Dat. xxv. Ire maledicti in igne eternu. p̃tinus ſubiunxit. q̃ pat̃ eſt diabolo et angelis ei? In fine concludit p̃pheta dicens Exaltare dñe in virtute tua. Piero .i. demōſtra tuam poteſtatē et maiestatem. vt qui prius veniſti in humilitate i mundū. modo veni ad iudiciū in maiestate Cass. Cantabim⁹ Jore Et pſallem⁹ Joperel virtutes tuas Id ē mirabilia opa tua Hec etenim duo ſūt q̃ a nobis omnimode exigunt̃. vt laudes dñi ſi deliter cātemus. et ope noſtro ipſius mandata faciam⁹ hic. vel cū dñs monſtraverit virtutē ſuaz in iudicio. tunc cātabimus et pſallem⁹ virtutes eius Quia electi p̃tinue in patria can tabunt laudes diuinas f̃m q̃ dicitur in .lxxxij. psalmo. beati qui habitant in domo tua dñe: i ſecula ſeculoꝝ lau dabunt te. qui ē benediūt⁹ in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

Deus de⁹ meus

reſp. Dug. Titul⁹ talis ē In fine psalm⁹ dñs p̃ aſſūptiōe vel ſu ſceptiōe matutina Cuius ſenſus talis eſt Psalmus. iſte dirigēs nos i finez .i. in chriſtū de cuius paſſione agit: ē dauid .i. chriſti qui eſt manu fortis aere/ as debellans poteſtates. q̃ ideo dict⁹ ē dauid. q̃ factus ē nobis ex ſemie da uid f̃m carnez. Et ē psalmus p̃ ſuſce ptiōe matutina. i. p̃ reſurrectiōe chri ſti q̃ valde mane facta fuit. cū adhuc tenebre eſſēt. Cass. Suſceptio eni fuit qñ dñs chriſt⁹ mortale corp⁹ ve/ teris hoīs p̃diōe depoſita i magnā gloriā clarificat⁹ aſſūpſit Sz cū i hoc

psalmo chriſtū multa de ſua paſſione conſtat eſſe locutū: videamus cur ei⁹ titulus ſolam reſurrectiōe p̃memo/ rare voluerit Sepe ſignat̃ per id qd ſequitur illud qd p̃ceſſit. vt cum dicu mus mane factuz intelligamus vtiq̃ p̃ceſſiſſe noctē Et hoc per figurā ſy/ nechdoche. cū per id quod ſequitur poſſumus intelligere quod p̃cedit. vnde cum dicit chriſtus reſurrexiſſe: cum paſſuz et mortuū indicat fuiſſe hic. Qua aut psalmus iſte ē de chri ſti paſſiōe et reſurrectiōe ad litteram ſcriptus. patet per hoc q̃ chriſtus p̃ dens i cruce protulit p̃ncipiū hui⁹ psalmi tanq̃ dictū de perſona propa dicēs Dei heli ſamazabatani quod ē interpretatū: deus meus deus me⁹ quare dereliquiſti me? ſic enī incipit iſte psalmus in hebreo. et i tranſlati one Hieronymi iuxta hebreū Qua tem i tranſlatiōe coi interponit Re/ ſpice i me. nō ē in hebreo. neq̃ i tranſ latione Hieronymi p̃dicta. ſz fuit ad/ dictū a .lxx. interptibus. et ſic patet q̃ f̃m ſententiam ſaluatoris p̃ncipiū huius psalmi et per cōſequens totus psalmus ad litteram de chriſto ē itel ligendus Et Dat. xxvij. dicitur illd quod ſubditur infra in hoc psalmo: diuſerūt ſibi veſtimēta mea qd i ple tū fuit de chriō Et paul⁹ ap̃ls q̃ ſciuit legē p̃ exercitiū ſtudij. et p̃ ea plen⁹ p inſtructionē ſpūſſcī. allegauit litterā hui⁹ ps. de chriō dēaz ad hebreos. ij. dicēs de credētib⁹ i chriō Nō p̃ſūdī ſi es eos vocare videlz chriſt⁹ dicens in psalmo Nunciabo nomen tuum fratrib⁹ meis. i medio eccēie laudabūt te Igitur ſequendo chriſti. iohannis. Dat. et Pauli ſniam et determinati onē eccēie ps. iſte exponēd⁹ ē ad litte/ rā vt dict⁹ ē de chriſti paſſiōe a q̃ fuit diuinit⁹ libēat⁹ ſua glōſa reſurrectiōe Cass. Nam cū multi psalmoz bre/